

TETRASTICHA
IN COMITES AC
DVCEs CLIVENSES,
CVM NOTIS.

AVTHORÆ
R. D. PETRO à STREITHAGEN, CANONICO
Heinsbergensi.




DVSSELDORPII,
Typis Henrici Vlenbergij Ducalis Ty-
pographi. Anno 1629.

IN COMITIBUS
DUCIS CLIVENSIS
CVM NOTIS

1711
1712
1713
1714
1715
1716
1717
1718
1719
1720
1721
1722
1723
1724
1725
1726
1727
1728
1729
1730
1731
1732
1733
1734
1735
1736
1737
1738
1739
1740
1741
1742
1743
1744
1745
1746
1747
1748
1749
1750
1751
1752
1753
1754
1755
1756
1757
1758
1759
1760
1761
1762
1763
1764
1765
1766
1767
1768
1769
1770
1771
1772
1773
1774
1775
1776
1777
1778
1779
1780
1781
1782
1783
1784
1785
1786
1787
1788
1789
1790
1791
1792
1793
1794
1795
1796
1797
1798
1799
1800



DÜSSELDORF
Typis Henrici Vandenburghii Ducis
1711





BEATRIX

FILIA, ET HAERES VLTIMI CLIVIAE

Præfeti.

*Principium generi, CLIVI de nomine dicto,
Matrona antiquâ nobilitate dedit:
Inde tot ætatum seris labentibus annis,
Illustri radians perstat honore domus.*

NOTAE.

BEatrix filia, & hæres Theodorici vltimi Cliviæ Præfeti, sub Bannum à Christo nato DCC. vixisse traditur. Sciendum autem Præfectorum eius temporis conditionem fuisse, vt principum suorum nomine Prouincias triennali plerumq; officio administrarent, quando feuda perpetua tum adhuc originem non acceperant. Atque hinc plurimi nonnunquam turpiter labuntur, dum Comites, ac Duces Romanorum, & Gallorum paris auctoritatis cum modernis Principibus extitisse putant. Melius id & clarius perspexit Boucherius in Disputatione historica cap. II. Scio, inquit, Comites ac Duces sub Imperatoribus præsertim posterioribus extitisse, sed Romanos, non Barbaros, eosq; non domino, aut loci alicuius proprietate sic dictos, sed officio, quales ante fuerant, Legati Prouinciarum, aut proconsules, &c. Tais itaque Præfetus, Theodicus in Clivia, & vicinis partibus cum fuisset, filiam vnicam Beatricem post se reliquit, quæ Eliæ, de quo statim dicimus, coniuncta, eo matrimonio Clivensibus Principibus originem dedit, nec obstat eundem externum, seu, vt alij volunt, ignotum fuisse, cum hodieque videamus, illustres, & præstantes viros, bellis, quæ secuti fuerant, confectis, sæpe in longinquis regionibus vxore ducta considerare. Et annon simili modo Gonzagæ & Spinolæ gentis suæ primordia ad Germanos

manos referunt, & contra Brunsvici, & Brandeburgici ad Italos; ne de tot illustribus familijs omnium nationum dicam, quæ vel à Gothis, vel Vandalis, vel alijs barbaris populis propaginem ducunt, & deducunt. De morte Beatricis nihil certi habent Annales Cliuenses, quam quod moerore amissi mariti contabuerit.

E L I A S I.
C L I V I A E C O M E S.


*Elias validis memorabile nomen in armis,
Virtutis retulit præmia clara suæ.
Namque Beatrici felici fœdere iunctus,
Dotalem titulo condecoravit humum,*

N O T A E.

ET si Pighius conatus tabulas Annalium Cliuensium de Elia primo Comite explodere; eū ex Aeliarum illustri apud Romanos familia, similitudine nominis deducit; mihi tamen nequaquam hac opinione satisfacit, & dum plurima ad Mythologiam refert, ipse propemodum Mythologus videtur. Constat ex Historijs Græcorum, hoc ipso tempore, quo Cliuenses Comites initium habnere, occisum apud Græcos Imperatorem Iustinianum Rhinotmetum, interque interfectores Eliam Philippici successoris Ducem fuisse, qui, quod Iustinianus filium eius in matris sinu occiderat, ipsamque vxorem coquo euidam ignominia causa tradiderat, promissa exercitui impunitate, Imperatoris caput amputauit, & ad Philippicum transmisit. Mea itaque sententia est hunc Eliam authorem Cliuensis prosapia esse, eundemque deposito breui post propter impietatem Philippico cui adhæserat, subita mutatione percussum, fugitium factum, & ad Carolum Martellum, cuius bellica virtus jam vbique terrarum innotuerat, peruenisse; posteros autem, quod Graius passim vocaretur, cognomentum a Grail, inde effinxisse. Et certè huic
meæ

Anno
VII.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100



meæ sententiæ non parum suffragatur, quod Annales Cliuenses eundem à Theodolio III. seu potius IV. in Comitem euectum fuisse, & originem suam abscondisse tradant; cum Theodosius iste Anastasium, qui Philippico substitutus fuerat, immediatè secutus sit: cumque odium Francorū metuere potuerit, eò quod illi Græcis vicissim odiosi erant, juxta antiquum Græcorum pro- uerbiū, *Francum amicum habeas, vicinum ne habeas.* Quæ cum ita sint, vt reuera sunt, quam longissimè impudentia illorum absit, qui ex ignorantia Historiæ, Cliuenses Comites ex infando concubitu prouenisse assernūt, scelestioriq; modo originem eorum ad Dæmonem, quam Romani fundatoris sui genus ad Deum retulerunt. Maneat autem eosdem à nobilissimo Græcorum Duce initia accepisse, qui quemadmodum inter suos fortiter olim pugnauerat, ita inter Francos constitutus antiquæ virtutis documenta non omisit: vt enim ea prorsus non transiliamus, primo Carolū Martellum, è captiuitate, quam à Plestruda nouerca patiebatur, liberauit, tum contra Raginfredum magistrum Palatii sub Rege Chilperico, tum contra Ratbodum Frisiæ Tyrannum, tum denique contra Saracenos constanter semper adiuuit; ita etiam, vt mortem tandem pro eo subire non dubitârit. De qua, etsi Annales Cliuenses prodant, contigisse in montibus Pyrenæis, Anno DC, XXXIV. Historiæ tamen magis consentaneū est, contigisse anno superiori, cum Carolus Saracenos ex Hispania emergentes, vt suis in ciuitate Narbonensi cum ipsorum Rege obsessis opem ferrent, penitus profligauit, & exstinxit. Reliqua quæ de liberorum successione, & legatis eis scuto, gladio, & cornu narrari solent, plane vt anilia figmenta reiicimus; veras enim historias fabulæ, vt umbra corpus, sæpe comitari solent.

*Similiter
scilicet
modo quod
Iornades
de Allox
manna
Hunnorum
pau-
rente fa-
bulatur.*

715-

6
TETRASTICHA IN COMITES
THEODORICVS I.
II. CLIVIAE COMES.

*Belligeri subijt post fata suprema parentis,
Materni natus nomine dictus aui.
Cætera quæ possent illius laudibus addi,
Longa vetustatis tempora nocte premunt.*

NOTAE.

Amorte Eliæ successor ponitur filius Theodoricus, id nominis ab auo materno trahens, de quo nihil commentatione dignum inuenire licuit. Credibile est autem eum paternarū virtutum æmulum vixisse, & non tam egregijs animi, & corporis dotibus, quam scriptore, qui eas ad posteros calamo transmitteret caruisse. Obijt iuxta Catalogum anno DCCLIX. M. & Rosarium DCC. LVII.


REINOLDVS I.
III. CLIVIAE COMES.


*Reinoldus Frisios domuit sine fine rebelles,
Et tulit à sæuo clara trophæa Duce.
A Duce Ratbodo, qui sacri transfuga fontis,
Cum proavis stygios maluit ire lacus.*

NOTAE.

AEgrè admodum subsistere potest, quod Pighius Annales Cliuentes secutus tradit, nempe Reinoldum hunc cum Pipino Herstellensi Danos, siue Nortmannos Oceani littora vastationibus, & excursionibus infestantes compescuisse, Ratbodum etiam Frisonum Regem, de quo superius, Ultraiecto, & citeriore Frisia profligasse; cum diu ante annum DCC. LIX. quo Reinoldus

duo





du\$ præſſe cepit, vterque obiſſet; Pipinus Anno DCCXIV. & Ratbodus Anno DCCXIX. cumque prima Danorum irruptio ab omnibus fere ſcriptoribus, Anno DCCCXXVI. ponatur: niſi quis tamen eum de Pipino Caroli Magni patre, qui Anno DCC. LXVIII. obiit, loqui exiſtinet: vt & de Ratbodo ſecundo ei coætaneo. Vnde patet quod ille ait, magnos Ioues quandoque etiam emori. Obiit iuxta Catalogum Anno DCC. LXX. Mf. & Roſar. DCC. LXVII.

LVDOLPHVS I.

IV. CLIVIAE COMES.

*Ludolphus pariter clarum ſe præſtitit armis,
Et tibi deuotâ Carole Magne fide;
Degentes etenim trans Rheni Saxones vndam,
Pendere ſuſcepto compulſit æra iugo.*

NOTAE.

CVM Carolus Magnus anno DCCLXXVIII. in Hiſpaniam contra Saracenos mouiſſet, Saxones ſuaſione Vuidekindi reguli rebellare ceperunt, quos Carolus per ſuos ipſa hieme aggreſſus, magna ex parte fugauit, iterumque ad deditionem compulſit. Cur verò authore Vuidekindo bellum renouatum fuerit, eam cauſam affert Munſterus. Morem obtinuiſſe apud Saxones, vt adminiſtratio penes duodecim viros primarios eſſet, iſque ad quem ordo per vices deuenerat, bello ingruente, ad finem uſque in officio perſtaret: atque ita factum vt Vuidekindus Dux Hegriæ, tum vniuerſæ Saxonix imperium moderaretur. Obiit Ludolphus iuxta Catal. anno DCCXC. Manuſ. Roſar. DCC. LXXVIII.

IOAN-

IOANNES I.

V. CLIVIAE COMES.

*Ioannes etiam laudis succensus amore,
Threicij coluit castra cruenta Dei:
Et Vuedekindum contra feliciter instans,
Victricis meruit frondis ab hoste decus,*

NOTAE.

Ioannes parentem imitatus pariter contra Vuedekindum rebellem Saxonum ductorem pugnavit; non tamen ut voluit Annales Cliuenses, occidit, cum constet eum à Carolo Magno compulsus, baptismum tandem suscepisse, & Christiana sacra piè ac ritè admisisse. Cæterum crassior error, aut certè æquè crassus in eisdem Annales de vxore Ioannis irrepfit, quam volunt Michaelis Palæologi Græci Imp. filiam fuisse, cum diu post hæc tempora Palæologi primum ad Imperium peruenerint, & vxor illa, si tamen è Græcis oriunda fuit, Michaelis Curopalatae filia esse debuerit. Obijt iuxta Catal. anno DCCCI, Mf. & Rosar. DCCXC.


ROBERTVS I.


VI. CLIVIAE COMES.

*Nec minus illustri nixus virtute Robertus
Magnanimæ dextræ prospera signa dedit;
Vel tum præcipuè, quando deuicta supremò,
Admisit Christi Saxonis ora iubar.*

NOTAE.

Roberti denique zelus in debellandis Christiani nominis hostibus, non minor, quam maiorum suorum censendus venit: quippe pari alacritate in Saxones pugnavit, eo felicior, quod
finem





finem atrocissimo bello impositum, & plurimos Episcopatus in barbaris locis erectos, Diuinum etiam cultum longè, lateq; propagatum viderit; id contigit anno DCCCIV. post XXXIII. belli annos, adeo pertinaciter suis erroribus ea gens inhærebat. Vnde facile intelligas æternam laudem Cluiæ Comites promeruisse, qui pro Imp. piam operam locarunt, & pro dilatandis pmoerijis christianæ religionis fortiter decertarunt, Obijt iuxta catal, DCCCVI. Mf. & Rosar. DCCXCVIII,

BALDVINVS I.

VII. CLIVIAE COMES.

*Succedens raptò Balduinus in ordine fratri.**Astitit exequijs Carole Magne tuis.**Cumque patrem nati bello insequerentur, & armis,**Cæsareo iuuit motus honore Pium.*

NOTAE.

Balduinus interfuit an. DCCCXIV. exequijs Caroli Magni, ad ann. *Acciai*
 celebratis V. Kalend. Febr. in vrbe Aquensi, de quibus Eginz *lus refe*
 hardus ait, contigisse eodem die, quo obierat, sepultumque mas *ad ann.*
 gnificè in Ecclesia B. Virginis vestibus imperialibus indutum. *sequent*
sed min
reffe.
 Tum etiam Ludouicum Pium à filijs imperio exutum, & in cus
 todiam detrusum fortiter adiuuit: illi enim saepe contra patrem
 rebelles, Sueffione, vt vult Munsterus, siue Compendij, vt Ba-
 ronius, sine Aquis, vt Boeckius captiuum tenebant, donec Gallis,
 alijsque Principibus id ipsum ægréferentibus, pristinae libertati,
 & honori Cæsareo per eos restitutus est. Obijt Balduinus iuxta
 catal, anno DCCCXXII. Mf. & Rosar. DCCCXXX,

B

LVDO.

LVDOVICVS I.

VIII. CLIVIAE COMES.

*Absoluit breuibus vitam Ludonicus in annis,
Et post se liquit pignora nulla thori:
Namque obiens primæ verno sub flore iuuentæ,
Vxori nondum consociatus erat.*

NOTAE.

IN Ludouico bene gerendæ rei occasionem importuna mors præuenit, iuuenemque Heroem in ipso virtutum vestibulo, cum vix IV. annos cœlebs imperasset, terris eripuit. Obijt iuxta catal, anno DCCCXXX. Mf. & Rosar, DCCCXXXVIII.


EVERARDVS I.


IX. CLIVIAE COMES.

*Felix ante alios, felix Euerharde parentes,
Et merito Musis memorande meis.
Te genuisse tuæ satis ad præconia famæ est,
Et verotantos te genuisse viros.*

NOTAE.

EGregiam profecto laudem parentes sentiunt, vt de gaudio simul oboriente nihil dicam, cum filios in omni genere virtutum adolefcere conspiciantur, & à maiorum suorum vestigijs non aberrare; ideoque magis, quod sint, vt putat Clemens Alexandrinus, *Pauci patribus similes*. At hanc felicitatem, quæ plerisque communis esse potest, longe excedit Euerardus, qui non solum filios egregijs animi, & corporis dotibus conspicuos, sed & sanctitate:





tate maximè illustres genuit, Luttardum videlicet successorè,
& Berengarium Episcopum Tullensem; unde de eo, quod velut
arbor ex fructibus agnoscat, multa congerere supersedeo; illud
tamen nō transiturus quod Collegium virorum Vuclaliæ, & Vir-
ginum Nussliæ, certa insitæ pietatis monumenta, fundauerit, Obijt
iuxta catal, Rosar. & Ms. anno DCCCXLIII.

LUTTARDVS I.

X. CLIVIAE COMES.

Vngariae Stephanus, Gallis Ludonicus honori est.

Sarmatiae fulges O Casimire Decus.

Clivia Luttardi magna pietate superbit.

Quemque solo coluit, nunc colit ipsa polo,

NOTAE.

DE sancto Luttardo ait Pighius, quod ob virtutes, vitæ puri-
tatem, ac sanctimoniam nō solum meruerit affinitate stir-
pis Caroli Magni, & domus Cæsareæ decorari, & Arnulphi Imp-
filiam, in vxorem accipere; verum etiam post mortem autori-
tate Sedis Apostolicæ Dinorum numero ascribi. Certè præci-
puum ornamentum tam illustri domus est, habere in numero
suorum, Principem sanctitate fulgentem

—velut interignes

Luna minores. Obijt iuxta catal.
anno DCCCLXXXI, Rosar. DCCCLXXXVI, Ms. DCCC,
LXXVIII.

BALDERICVS I.

XI. CLIVIAE COMES.

*Cum gens saeva Hunni, ferro flammaque vagantes,
Teutonici ruerent funditus arua soli;
Baldericus placidae contempsit tempora vitae,
Armaque pro sancta religione tulit.*

NOTAE.

HVnni, siue Hungari circa hæc tempora è Pannonia egressi, plurimas Europæ regiones, vt Galliam Cisalpinam, Bavariam, Saxoniam, Suetuiam, Thuringiam & VVestphaliam tyrannicè inuaserunt, ferro & flamma vbique grassantes. Pugnavit contra eos Baldericus, sub Conrado Rege Romanorum, a quo etiam ingenti prælio iuxta Aenum victi, fugatique sunt. Obijt iuxta catal, Rosar. Mf. anno DCCCCXXIII.

ARNOLDVS I.

XII. CLIVIAE COMES.

*Arnoldus pariter Scythicos conuersus in hostes,
Illustri gessit plurima digna domo.
Vnde suam meruit magno sub Cæsare laudem
Cuius ab aucupio nomina dicta ferunt.*

NOTAE.

ARnoldus primus paternarum virtutum æmulus, itidem contra Hungaros pugnavit. quod tum Germaniæ communis clades, & Cliuensis sanguinis illustris virtus maximè poscebant. Pugnavit autem sub Henrico Aucupe, qui ita dictus est, quod aucupio indulgens ad imperium vocatus esset, quique anno 933. ingens

ingenti victoria potitus est, in qua caesis 36 millibus, reliqui capti
aut aqua absorpti sunt. Obijt iuxta catal. anno DCCCCLXIV.
Rosar. & MfDCCCCLXIX.

BALDERICVS II.

XIII. CLIVIAE COMES.

Mitis, & ad superinatus consortia regni,

Eximia iunxit se pietate Deo.

Hanc etenim semper studuit, templisque dicatis,

Testatam ad seros vsque reliquit auos.

NOTAE.

EX Balderici secundi (siue VVichmanni I. vt nonnulli vo-
lunt) gestis, omnia pene interciderunt: neque enim apud
Pighium reliquis annumeratur; neque in catalogo aliquid me-
moratu dignum de eo ponitur: pium tamen, & religiosum fuisse,
ex fundatione Collegij, quod modo Cranenburgi est, satis liquet,
quam ego virtutem praeter caeteris in Principe aestimandam censeo.
Obijt iuxta catal. Rosar. & Mf. Anno M. IV.

CONRADVS I.

XIV. CLIVIAE COMES.

Maiorum meritis addens Heroica facta,

Conradus gemino clarus honore fuit;

Clarius, imperij quod membris additus ipse,

In procerum numero iussus habere locum est.

NOTAE.

DE Conrado refert Pighius, eum in noua germanici imperij
constitutione, autoritate Gregorij quinti Pontificis sum-
mi,

mi, apud Vangiones, conuentu totius Christiani orbis Principum habito, inter quatuor imperij comites hæreditarios secundum, omniũ calculis electum: sed quam illam nouam constitutionem vocet, necdum dispicere valeo; nisi fortasse creationem Electorum ab eodem Pontifice factam intelligat, quod si ita est, quid ad id dicemus, quod Baronius ait, eam referendam ad Concilium Romæ à Gregorio celebratum? sed fieri potuit, cum Pontifex in Germania profugus esset, propter Tyrannidem Crescentij, vt Imperatore annitente, qui liberis carebat, V Vormatiæ, vel aibi conuentum simul celebrauerint, in quo de Electoribus, & alijs Imperij officijs tractatum sit, idemque postea in vrbe à re-
Анно
996.
Platina,
Наucle-
ви.
Opmem.
 duce Gregorio confirmatum, nec aliud meo quidem iudicio, in tanta rerum incertitudine dici potest, nisi velimus Pighium, & catalogum Principum Cliuent. toto cælo aberrasse. Obijt iuxta catal, Rosar. & Mf. M. XLV.

THEODORICVS II.

XV. CLIVIAE COMES.

*Quamuis cognomen potuit meruisse volantis,
 Quod subito ingenio promptus ad acta foret:
 Cesare ferrato tamen est sibi gloria parta,
 Dum Neomagensi captus in vrbe manet.*

NOTAE.

Theodoricum secundum Volantis cognomine insignitum attestantur, propter inquietum ingenium & expedita consilia, vt olim apud Romanos Metellus Celeris, ac Ptolemæus fulminis agnomina accepere; etenim, vt poetice dicam,


Heinsius
lib. de
cōtempn
mortis.

*Nec mihi Stagira veteris, tristiisque Cleanthæ
 Cum patriæ res poscit opem, peruoluere Princeps*

Incipiat

THEODORICUS
DE CANTU





*Incipiat placita, primasque inquirere causas
Et rerum series; quanquam fuit utile multis
Quid fortem deceat, qualem sapientia poscit,*

Vestigasse prius, &c. Cæterum Imp. cui Neomagi subue-
nit, Henricus tertius fuit, Conradi Saliqui filius, contra quem ins *Anno*
surrexerant Gotfridus Dux Brabantia, & Balduinus comes Flan- 1039.
dria, ab eodem tandem ad deditiōem compulsi. Naclerus ge-
neratione XXXV. Obijt iuxta catal. anno M, LXXXV. Rosar. &
Mf. M. LXXXVIII.

THEODORICVS III.

XVI. CLIVIAE COMES.

*Martis amore sacri flagrans, quæ plurima laus est,
Aeterno vouit, seque suosque Deo;
Occiduosque inter proceres Lotharinga secutus
Auspicia, eis intulit arma plagis.*

N O T A E.

Miraculum certè inauditum hac tempestate in Europa acci-
dit, cum diuino instinctu moti Christiani Principes, & Ro-
mano Pontifice Urbano secundo promouente, pro Reipublice
Christianæ propagatione, varijs periculis, ipsique adeo morti, ve-
luti noui Fabij, ac Decij, sese donauerunt, & communibus armis
Syriam ingressi, eam Saracenis eripuerunt, de quorum expeditio-
nibus opus pulcherrimum VVilhelmus Tyri Archi: conscripsit.
vt & Torquatus Tassus rhythmis Italicis. Porro præcipuus totius
belli Imp. fuit Godefridus Bullionius Dux Lotharingæ, (cum
quo etiã Theodoricus in tam piã profectiōem ascribi voluit)
inter laudatissimos Heroes merito annumerandus, & hoc Lipsij
elogio non indignus, *sæpe se admiratum cur tam bene de Christiana Re- Anno*
publica promeritus, non sit ascriptus in numerum Sanctorum. Obijt iuxta ca- 1096.
tali. Rosar. & Mf, anno M. CXIV.

ARNOL

ARNOLDVS II.

XVII. CLIVIAE COMES.

*Quod natura ordo regimen prohibebat adire,
Arnoldo fratris cessio facta dedit.*

*Et velut ille foris belli fuit inclytus arte,
Sic placido imperio claruit ille domi.*

NOTAE.

Arnoldus secundus cum esset natus fratre minor, eo in bellum abeunte, moderamen suscepit, ac subditos, tanquam pater, filios, lenissimo freno rexit; ita ut illi de benigni Principis bonitate, ille de obedientis populi satisfactione laetari possent. Objicit iuxta catal. Rosar, & Mf. anno M. CLXII.

THEODORICVS IV.

XVIII. CLIVIAE COMES.


*Moribus innocuis, & sanctae munere vitae,
Cognomen sumptum de probitate tulit.*


*Quin etiam in Syriam Sueuo cum Caesare mouit,
Aduersum fastus trux Saladine tuos.*

NOTAE.

Theodoricus quartus, raro, & excellenti Elogio probi cognomentum meruit, in causa erat facilis morum integritas, & vitae innocentia, tanto in principibus illustrior, quanto illi omnium oculis magis expositi sunt, cum Friderico I. qui Aenobarbus, siue Barbarossa, à rubra barba vocabatur, intellecto Hierosolymam

à Sa-





à Saladino occupatam esse, in Syriam profectus est. Erat autem Saladinus rex Aegypti praestantissimus simul, & victoriosissimus, qui funeri suo intimam subuculam praeferi iussit, praecone clamante: *Saladinum Asia Dominatorem, ex tanto regno, tantisque opibus aliud nihil secum auferre.* Laudabili certè exemplo, & ad humanam miseriam perpendendam, vtili incitamento. Plan. Naucler. alij. Obijt iuxta catal. anno M. CXCH. God. Mo. M. CLXXII.

ARNOLDVS III.

XIX. CLIVIAE COMES.

*Exstincti naclus moderamina debita fratris,
Mansueto rexit Clinica rura iugo;
Inde laceffit partes adiuuit Othonis,
Proque dato damno mutua damna dedit.*

NOTAE.

Huius Arnoldi nullam facit mentionem Pighius, credo, quia nihil aut parum de eo reperire potuit: constat tamen ex antiquis monumentis, Monasterij Bebderensis fundatorem existisse, & pro Ottone, contra Philippum competitorem dimicasse. Obijt iuxta catal. & Mf. anno M. CCX. Rosar. M. CCV.

ARNOLDVS IV.

XX. CLIVIAE COMES.

*Te quoque militiae commouit gloria sacrae
Arnolde, & rarum fecit adire decus;
Fata inniderunt, Solymūmque elatus in arces,
Pro qua pugnabas, contumularis humo.*

C

NOTAE.

TETRASTICHA IN COMITES
NOTAE.

Arnoldus quartus motus autoritate Lateranensis concilij, in quo expeditio in Syriam decreta fuerat, irineri cum alijs Principibus sese adiunxit, & vt illustrem Heroem decebat, pro Christiani nominis honore fortiter occubuit: nam Damiana recepta, cum Legatus Apostolicus exercitum in Aegyptum ducere statuisset, Nili inopinato incremento circumuenti Christiani, à Sultano in insidijs latente, magna damna perpeffi sunt, cōmeatu corrupto, & pluribus extinctis, cum quibus & ipse Arnoldus erat, sepultus postea Hierosolymis. Obijt iuxta catal. Rosar, & Ms. anno M. CCXVIII.

THEODORICVS V.
XXI. CLIVIAE COMES.


*Inter perpetuum meritos Heroas honorem,
Illustrem pariter dignus habere locum est.
Vtraque nam summo spectanda in sanguine virtus,
Inque toga clarum praestitit, inque sago.*


NOTAE.

Inter alia facta Theodorici quinti maximè commendatur, quod Comitem Clermontium in hastiludio VVormatiae occiderit: quamvis nesciam vtrum eiusmodi duella laude aliqua digna sint. Magno certè concursu nobilium Torneamenta, quæ ludum hasticū, vel Hippomachiam, vel ludum Troianum rectè dixeris, olim celebrata sunt; sed non sine derestatione grauissimorum authorum Cæsarij, & Cantipratani; vnde nec immerito à summis Pontificibus, velut Innocentio secundo, Eugenio & Alexandro tertio, execrata sunt, ijque, qui in ijs decederent, quamvis confessi, & sacra communionem muniti, sepultura Ecclesiastica prohibiti. Obijt iuxta catal. anno M. CCXL.

THEO-

orbeia
is Pighi.
s.





THEODORICVS VI.
XXII. CLIVIAE COMES.

*Cliviacis præerat populis, tempusque sub ipsum,
Imperij exorta est magna ruina sacri.
Vnde ille Hollandum Romana ad sceptra vocatum,
Iunctus erat quoniam sanguine, inuit ope.*

NOTAE.

Eodem tempore quo Theodoricus sextus Cliviæ præerat, depositus ab Imperio fuit, Fredericus secundus, & in locum eius substitutus Henricus Lantgravius Thuringiæ, & VVilhelmus Hollandiæ Comes, cuius partes Theodoricus cognatione ipsi iunctus, egregiè tutatus est. Sed longiorem VVilhelmi vitam Frisonum dolus intercept; cum enim ijs devictis terra egredere retur, diuerriculum quærens, vt securius exercitum reduceret, delatus in glaciem cecidit, vnde Frisones, qui in insidijs latitabant, erumpentes, priusquam regi subueniretur, florentem adhuc ætate; neci dederunt. Obijt iuxta catal. anno M. CCLXII.

THEODORICVS VII.
XXIII. CLIVIAE COMES.

*Cui pater in vita posito testatus amorem est,
Testatus raptò natus & ipse fuit.
Inque occisores cognati regis acerbus,
Compulit insonti pendere digna nece.*

NOTAE.

Diximus iam in notis ad Theodoricum sextum, eum omni dote cognatum suum VVilhelmum Regem Romanorum

adiuuisse. Illius ergo mortem ex insidijs illatam, hic de quo loquimur, Theodoricus, & Florentinus VVilhelmi filius, egregie vindicarunt, Obijt iuxta catal. anno M. CCLXXV.

THEODORICVS VIII.

XXIV. CLIVIAE COMES.

*Splendorem antiqui generis, ceu luce recenti,
Austriacis thalamis auxit, & auxit opes.
Namque per imperij vicinas inclytus vrbes,
Caesareas obijt non sine laude vices.*

NOTAE.

Theodoricus octauus Alberti Austriae Ducis, postea eius nominis II. Imp. filiam Margaretam in vxorem duxit, quod matrimonium, vt Pighius ait, ei non solum ornamento, sed etiam emolumento haud paruo fuit; Vicarius enim Imperij in propinquis vrbibus constitutus est, & facultatem cudendae monetae, & vectigalium per Rhenum exigendorum semel sublata iterum obtinuit. Obijt iuxta catal. anno M. CCCV.

OTTO I.

XXV. CLIVIAE COMES.

*Tergeminus inter maior natalibus Otto,
Proximus à patrio funere iura dedit.
Post vita excedens sterilis sine pignore lecti,
Eratribus ad regimen strauit ademptus iter.*

NOTAE.

DE Ottone nihil magnopere memoratu dignum inuenire licet, praeterquam quod cum Henrico VVinnenbergio Archiepisc.

Nonnulli
de loco
Theo-
ricum
X. inter-
munt,
dquia
e co cer-
parum
instat
maiori
isquisi-
oni re-
nquen-
um pui-
ani.

chiepif. Colon. propter comitatum Hulkenradensem contro-
uerfiam habuerit; quæ tamen breui tranfatione facta composita
eft. Obijt iuxta catal, Rofar. Mf. anno M. CCCIX. Gerardum ab
Horreo M. CCCXI.

THEODORICVS IX.

XXVI. CLIVIAE COMES.

*Hinc Theodoricus fubiens etate fecundus,
Imperij rexit VVestphala rura loco.
Quin contra Auftriacum Boij Ducis agmina iuuit.
Qui Latias fpreuit marte fauente minas.*

NOTAE.

OTTone è viuis fublato Theodoricus frater fecundus natu
ad gubernacula accessit, cumque eodem tempore crudele,
& infaustum bellum inter Bauarum, & Auftrium pro imperio
ferueret, Principes etiam pro affectu in partes se abripi paffi funt,
iuuit itaque Theodoricus Ludouicum, cui Pontifex omnibus
modis aduersabatur, fortuna omnibus modis faeabat, vt etiam
Gallis inuitis, & totius mali authoribus Cæfar obierit, Cæterum
de bello Brabantico, cui Theodoricus cum Reinoldo Iulia, ac
Geldria Duce interfuisse dicitur; vide P. Dinæum lib. 14. rerum
Brabanticarum. Obijt iuxta Mf. anno M. CCCXXV. Rofar. anno
M. CCCXLV. Gerardum ab Horreo anno M. CCCXLVII.

IOANNES II.

XXVII. CLIVIAE COMES.

*Vltimus è fratrum numero, quin vltimus ipse
E prisci Eliæ posteritate fuit.
Namque licet templi mutasset coniuge dotes,
Vllius fobolis non tulit effe parens.*

C. 3.

NOTAE.

NOTAE.

*Lariam
icat Pi-
sius.*
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.

QVale diffidium mors illustrissimi Principis Ioannis nostra memoria, pro dolor, peperit; tale itidem defuncto hoc Io-
hannē absque hærede masculino penè exstitit, vt iam altera vice
stirps virilis in eo nomine defecerit. Sed vtinam tam cito huic
malo nunc remedium adhibeatur, ac tunc factum est, cum plas-
catis partibus summa pecuniæ, Adolphus Archiepiscopus Colo-
niensis, defuncti ex nepte Margareta nepos, permissione Pontifis
& Imperatoris consensu, nec non Prouincialium, in ius fami-
liæ, hæreditatisque, vt Pighius ait, coopatus est. Obijt Ioan-
nes iuxta catal, Rosar. & Gerardum ab Horreo, anno M. CCC.
LXVIII.


ADOLPHVS V.

XXVIII. CLIVIAE COMES.

*Dum consanguineos inter lis maxima feruet,
Quis regeret nutu Cliuica rura suo;
Immissus vacui suscepit munia regni,
Cæsaris, & populi voce probante, nepos.*


NOTAE.

Post mortem Ioannis, tres competitores successionem sibi de-
beri contendebant, Otto Arkelij D. Theodoricus Parnusij D.
& Adolphus Marchiæ comitis filius, Otto, quem Geldriæ Dux
iuuabat, natus fuerat, ex filia Ottonis fratrum natu maximi, ideo-
que se proximiorē existimabat. Theodoricus, ex sorore trium
fratrum, ideoque se præferendum putabat. Adolphus denique
ex Adolpho Marchiæ comite, & Margareta Theodorici secundi
inter fratres natu filia, ideoque successionem ad se pertinere con-
tendebat. Dum itaque hoc modo partes inter se digladiantur,
omnibus & singulis diligenter consideratis, Imperator, & Ordines



Handwritten marginal notes on the right edge of the page, including the number '2'.

Handwritten marginal notes on the right edge of the page, including the number '1'.



12
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

ADOLPHUS V

dines patriæ, Adolphum reliquis præferendum censuere, & in Cluivæ comitem admittendum. Vnde ille Archiepiscopatu Cosloniensi, cui hæcenus præfuerat, relicto, summa cum omnium gratulatione vbique introductus est, lætantibus plurimum indigenis, tam grauem controuersiam, tam cito finem accepisse, eumque sibi Principem contigisse, de cuius doctrina, ac virtutibus, vniuersus terrarum orbis iam pridem repletus esset. Obijt iuxta catal. & Mf.; Rosar, & Gerardum ab Horreo anno M. CCC. XCIV.

ADOLPHVS VI.
 VLTIMVS CLIVIAE COMES,
 ET PRIMVS DVX.

*Maiores titulos primum transgressus Adolphus,
 Illustris meruit nomen habere Ducis;
 Causa, quod & bellis gestis clarissimus esset.
 Et sancta toto notus in orbe fide.*

NOTAE.

Adolphi Principis maxima semper vbique autoritas fuit: neque enim in se desiderari patiebatur, quod ad augendum illustris Herois gloriam necessarium existimabat. Hinc in Constantiensi concilio, ob multa præclara facinora è Comite, in Ducem à Sigismundo Imp. extolli meruit, eumque titulum in posteros propagare. vide in Chrono. Heinsb. annum 1414. Cæterum inter bella ab eodem gesta, præcipuum merito censetur, quod contra VVilhelmum Montium Ducem, Auunculum suum feliciter confecit: in eo enim præter ipsum VVilhelmum aliosque Principes, vltra bis mille nobiles in captiuitatem ducti sunt. Obijt iuxta Gerardum ab Horreo anno M. CCCCLXIX. Munsterus & Rosar. M. CCCCLXIII.

IOAN-

IOANNES II.

CLIVIAE DVX.

*Ioannes viridi Princeps animosus in ævo,
Pro seniore tulit fortiter arma patre.
Tum pietatis amans Syriae loca sacra petiuit.
Et Christi ad tumulum sumpsit equestre decus.*

NOTAE.

Ioannes secundus Cliviae Dux, pro patre ætate iam confecto fortiter contra Theodorum Meursanum Archiepisc. Colon. pugnavit, quod bellum postmodum per Nicolai V. Legatum ad hoc missum, & Philippum Burgundiae Ducem Auunculum, apud quem nutritus fuerat, compositum est, similiter & contra Adolphum Geldriae Ducem, impiè patrem persequentem, & principatu priuare conantem, militem instruxit. Profectus postea in Syriam inter equites à sanctissimo Sepulchro dictos ascribi voluit, raro, & illustri pietatis documento. Inde reuersus Calcaria Dominicanorum Monasterium fundauit, & annuis redditibus auxit, utque piè vixerat, ita piè, cum suorum maximo desiderio extinctus est, Anno M.CCCCLXXXI.

IOANNES III.

CLIVIAE DVX.

*Quod tibi Pontificis summo pro munere summi,
Fulua Quirinali venit ab arce rosa;
Et quod Geldrensem vicisti fortiter hostem,
Virtutis pariter sunt monumenta tuae.*

NOTAE.

d
m
ta
-
ui
w
o,
l-
-
w
f
c

i
x
y
w
l
-

NOTAE.

IOannes tertius Clivensis Dux illustri cognomento Misericors
 Vocatus est, propter summam tum pietatem, tum mansuetu-
 dinem. Ab Innocentio octavo Auream rosam dono accepit,
 quod summi beneficii loco Principes habere solent, nec id sine
 causa; cum non nisi bene de Ecclesia & Republica meritis ea cō-
 ferri soleat. Addit Pichius, eum Carolum Geldriae Principem
 hostili animo prouincias ipsius inuadentem fortiter sæpe repu-
 lisse, & magno prælio semel deuictum, penè in potestare habuisse,
 quod Mauri vni soperæ ereptus sit. Obijt iuxta catal. Rosar.
 Anno M. DXXI.

Vide
 quomod-
 bac cum
 Barlana
 consen-
 tiat, qui
 Ioannem
 & Caro-
 lum fax-
 dus per-
 petuum
 inter se
 habuisse
 scribit.

IOANNES IV.

CLIVIAE, VIII. IULIAE, AC V.

MONTIVM DVX.

*Contra Anabaptistas, Geticæque examina gentis,
 Auxiliatrices iunxit in arma manus.*

*Nec minus, & patrias auxit cum coniuge terras
 Montanæque orâ, Iuliacoque solo.*

NOTAE.

Quid de Ioanne quarto dicemus? an bellicam ipsius fortitus
 dinem, an vero coniugij felicitatem? utroque certè beatus
 fuit, ut qui prior æternam laudem, posteriori verò immensas si-
 bi opes comparauerit. Anabaptistæ fax perditissima, occupato
 Monasterio Westphaliae, & rege ex sartore Batauo creato ea
 moliebantur, quæ posteritas ægrè in fidem admittet. Huic malo
 extinguendo Episcopus arma parabat, sed quod ad deuincendos
 hostes parum sufficientia essent, subsidium vicinorum implorat,

Vide hi-
 storiam
 Anabat-
 tisticae
 Arnolds
 Mesbo-
 uy.

D

itaque

itaque Ioannes cum alijs Principibus aduolat, socio milite Episcopum adiuturus. Cingitur vrbs obsidione, & quarto tandem mense fame, ferroque perdomita, expugnatur. Atque hæc prima illius laurea; altera vt è bello magis necessario, ita illustrior. Viennam Austriae Thracius Tyrannus exercitu ducentorum millium & amplius premebat, iam tum imperium sibi promittens; sed Ioanne, inter alios auxilia submittente, & Philippo Palatino strenuè intra urbem rem agente, amissis suorum multis millibus pedem inglorius retulit, & Germaniam magnometuliberauit. De matrimonio plura adiungerem, nisi omnibus constaret, quam felix illud fuerit, vt pòte quod tot terras optato nexu copularit. quæ ne disiungantur, sed breui vnum, eundemque Dominum sortiantur, orandus est nobis Deus O. M. Obijt iuxta catalogum Chytraum, Rosar. & Mf. Anno M. D. XXXIX.


V V I L H E L M V S
V. CLIVIAE, IX. IVLIAE, AC VI.
MONTIVM DVX


*Quid Marci Aurelij fictos miraris honores?
Quid Cyrum arguti nomen inane Sophi?
Perfecti viduum speculum si Principis ambis,
Id tibi VVilhelmi bellaque, paxque dabunt.*

N O T A E.

VVilhelmus sollicita parentum cura educatus, magnam etiamnum subolescens spem de se præbuit, ita vt à Carolo Egmondano Geldriae Duce in hæredem adoptari, & à subditis singulari beneuolentia suscipi mereretur. Pollius his Carminibus:

Ille





*Ille sicambrorum seris Dux Carolus annis.
Horrida cui quondam praelia ludus erant,
Permisit inueni vetulus sua sceptrâ VVilhelmo,
Clinorum, Montis, Iuliadumque Duci.*

Et Achteruelcius:

*Geldriaci ergo viri, ciues, populique Sicañbri,
Cum pueris cunctis, senibus, pulchrisque puellis
Exhibuere suas laudes, ritulosque celebres,
Et cecinere Duci lætissima carmina passim,
Electo Domino præbentes gaudia summa.*

At vero Carolus quintus, qui Geldriam sibi deberi contendebat, grauiſſimum contra bellum excitauit, nec alijs conditionibus acquieſcere voluit, quam vt Guilhelmus paternis ditioſibus contentus, Mariam eius neptem in vxorem duceret. Cæterum quandoquidem breues Notas ad Tetraſtica conſcribendas ſuſcepimus, nemo velim exiſtimet, me adeo anguſto loco tanti Priucipis virtutes coarctare velle; ſed cum laborem Hiſtorix noſtræ Iuliacenſi reſeruare, contenti pro tempore Dionis de Seuero Elogium paucis immutatis ei applicaſſe. *Erât corpore robuſtus, niſi quod ſenex lingua vitio laborauit. Acies mentis fuit acerrima, & validiſſima. Doctrinas appetiit, & intellexit, nec tamen garrulus fuit. Non ingratus amicis, ſed aduerſus inimicos acerrimus. Intentus in ea quæ agenda erant, nihil morabatur, fabellas, & rumuſculos, qui de ipſo ſpargebantur.* Obijt anno M. DXCII.

I O A N N E S

VI. CLIVIAE, X. IULIAE, AC VII.
MONTIVM DVX.


*Sextus ab antiquo Cliuorum sanguine Princeps,
Illustris clausit nomina longa Domus.
Hoc tantum infelix, vna quod prole beare,
Non potuit populi tot pia vota sui.*


N O T A E.

Ioannes, sicut longævam Cliuensis profapiae seriem, pro dolo interrupt; sic etiam nostram hanc qualemcunque operam terminabit. Fuit autem Princeps innocentissimæ vitæ, & hoc tantum, vt dixi, infelix, quod nullam ex se sobolem reliquerit: quas enim in calamitates ob eius mortē inciderimus, communis patriæ dolor mihi dicere non permittit.

*Tu populo miserere tuo, Rex maxime Regum,
Et patre fraudato, patrem te siste benignus.*
Obijt anno M. DCIX.

E L E





E L E G I A
I N O B I T V M

ILLVSTRISSIMI
PRINCIPIS, IOANNIS
GVIELMI, DVCIS IVLIAE,
CLIVIAE, MONTIVM: COMITIS MARCHIAE
RAVENSBV RGI, MOERSAE: DOMINI
I N R A V E N S T E I N , & C.



*Cecidit heu patriæ, quo Iulia, Clivia, Montes,
Cæteraq̄, incolumi, salua fuere, pater,
Dicitur Ioannes Gulielmus, nempe paterni
Cum patris referens nomine nomen aui.*

Quorum alia vt tenuit solus: sic nomine solus:

Illud aui; patris hoc; huius verumque fuit.

Sed fuit, & fuit ipse. Graui mœstissima luctu

Patria, nec siccis considet orba genis.

Nec populo è tanto quæquam cessare putandum est

In lacrymas: Tangit quoslibet iste dolor.

Quodq̄ magis miserum, natus, prolesq̄ virilis

Vltima Cliviaci sanguinis ille fuit.

Nam quamuis primæ successerit altera coniux:

Non tamen hæc fecit prole, nec illa patrem,

Heu terram indignam (indignam sua crimina reddunt)

Quam beet ex illo nata propago Duce.

D 3

Querra

TETRASTICHA IN COMITES

Quem populi vt semper, sic & pia cura remordit,
Proxima cum tristis funeris hora fuit.

Ecquæ sors miseros post fata illustria vertet?

Me miserum, patriæ quis status, inquit, erit?

O vox digna Ducis nato, Duce, quamq; per æuum
Quælibet insigni secula laude ferant.

Quam sua constanti vultu mala quæque ferebat,
Tam nostram doluit post pia fata vicem.

Ergo obiit talis tantis virtutibus Heros.

Illustris matris stirpe, patrisq; Ducum.

Namque pater, longo Cliorum sanguine cretus,
Cretaq; Casareo sanguine mater erat.

Sed neque iustitia cuiquam, aut pietate secundus:
Pacis amans si quis sub Ioue pacis amans.

At tu siste pias lacrymas & comprime luctum,
Quisquis es: Heroum gaudia flere nefas.


Ille Deo fruitur felix, animisq; beatus,


Gaudiaq; æternum non doliturus habet.


BlS qVINos Vt Mars post IDVs eXtVLIt ortVs,
Patrls oVans patrIæ splrltVs astra sVblt.

Andreas Streithagenius, Iulo-Mertzenhausenfis
F. L. M.

DE







DE NEGLECTA HA- CTENVS PATRIÆ

HISTORIA,

AD AMICVM LE-
CTOREM.



Sæpe admodum mirari soleo, amice Lector, quinam acciderit, vt inter reliquas orbis prouincias, quæ peculiare suos Historicos sortitæ sunt, sola terra Iuliacensis Scriptore hæctenus caruerit, cum enim tres eius rei causæ dari possint, obscuritas Dominorum, regionis infelicitas, & defectus doctorum virorum, nulla certe meo iudicio hic locum habet: sed (siue Principum nobilitatem, potentiam, res belli, domique gestas; siue prouinciæ amplitudinem, fertilitatem, ac diuinitas; siue denique Mercatores, Heresbachios, Masios, Busæos, Pighios, VVierios, Leuenheueros, Thomasios, & Crusorios considerauerimus) quarta illa, de qua verissimè scripsit Iustus Ryequius: *Plerique hodie Litteratorum in hanc partem peccamus, vt peregrè instar Lamiarum oculati sumus, domi plane de-*

*In Cent.
Epist. se-
lectarum,
Epist. 53.*


fioculi.
Verum enim uero ne quis obijciat, non ita planè in obscuro res nostratas relictas, sed germanico volumine ab Adalario Erizchi

chi

chio illustratus, hoc à me responsi ferat; Si calumniari, menti-
ri, Pontificem, Ecclesiasticos, ac sacras Ceremonias proscindere
palmarium est; Disertioem eo vix reperiri: Sed si vigesima par-
telibri, imo vix centesima, materiae propositae mentionem non
facere, (vt Martialis illud de tribus Capellis huc quadrare possit)
& tamen in paucissimis, quae sine ordine, sine iudicio ex Munster-
ro, Merseo, Annalibus Coloniens. aliisque rhapsodis, eisdem
erroribus inquinatis collecta sunt, turpissime labi inexcusabile
est, impostori, ac nugiendo merito adaequari. Exempla eius rei
sexcenta ad manum, sed studendum breuitati, alia occasione
commodius id praestabitur.

Quis igitur certi quid vnquam de Patria nostra tradidit &
alius Cliuenses ex nefanda incubi commixtione deriuat, cum à
nobilissimo Graecorum Duce ortum habeant; alius Iuliacenses
ab Eustachio Godefridi Bullionij fratre repetit, cum ducentis
prope annis eum exsuperent. alius Montenses ex Vrsinorum fa-
milia deducit, cum ex indigenis nobilibus descendant. Et ne de
antiquis Helinandi, aut similibus Mythologorum naenijs dicam,
recentiorum alius Ducatum Cliuia, ac Iuliae ad Bergensem per-
uenisse, atque ex tribus Ducatum vnum constitutum esse scribit,
cum Ducatus Montium, & Iuliae ad Cliuensem transierint, alius
Ottonem primum Iuliae Comitem ad annum M. LXIV. ponit,
cum is primus Geldriae Comes fuerit, alius porro Ioannem
VVilhelmum vltimum Principem, statim à morte in Mausole-
um maiorum illatum refert, cum non nisi ante paucos menses
modicum terrae acceperit.

Itaque cum supinam nostrorum negligentiam, externorum
vero parum accuratum studium mecum perpenderem; subijt
tandem cogitatio bene de meis mereri, & terrae in qua natus es-
sem, & Principibus a quibus promotus, operam meam qualem-
cunque consecrare. Et vero quonam meliori studio animum
exercere potuissim? Historiam, quam Cicero *testem temporum,*
lucem veritatis, & vitae memoriam vocat, nulli scientiarum
conce.



171
2
3
4

[Faint, illegible text visible through the paper, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

concedere indubitatum est: Deos enim quodammodo nos facit Historia, dum præterita, præsentia ac futura ob oculos ponit, præterita ex narratione præcorum scriptorum; præsentia ex recenti rerum notitia; futura ex ratiocinatione variorum exemplorum, & casuum. Et ideo Hierophanta ille Aegyptius Græculos Philosophos merito tandem rudes redarguit, quod in lectione Historiarum parum versati essent. Cum ut Cicero supra citatus ait, *nihil scire nisi quod ætate tua geratur, aliud non sit, quam puerum esse.*

Conquisitis itaque pro ratione instituti libris, opus cum bene Deo aggressus sum, sed, ita me salus amet, vix pedem in ipso limine collocaueram, cum horrendæ tenebræ animum meum circumdedere, & tantum non in æternam noctem coniecere. Putabam me ad Cimmerios deuenisse.

*Quos premit æterna densus caligine fumus,
Aeris impuri, quorum sol exul ab orbe est.*

Atque ubi me nonnihil collegissem, profecto inquiebam, ij demum sapiunt, qui novos, & intentatos hactenus labores subterfugiant, & per vestigia aliorum laudem à seripione venantur, quando Seneca teste, *Conditio optima vltimi est, parata enim verba inuenit.* Quid tamen eandem ferram identidem reciprocant, in speciem docti, reuera consarcinatores emendicatæ doctrinæ?

*O imitatores seruum pecus, ut mihi sepe
Bilem, sepe iocum vestri mouere tumultus.*

Nouo vel oratoris, vel ordinis pigmento libros expoliunt, proque suis venditant, qui si plumas aliunde corrasas ijs auferas, cornicula Aesopica nudi magis videri possint,

Sed mea nunc alia poscunt sibi pectora curæ,

In intricatissimam materiam illapsus vix certum cursum tenere potui, tanta subinde molestia affectus, ut incepti laboris etiam pigeret. Quomodo enim Oceanum, sine calabra Pyxide tuto se-

E

carem?

*Putea. in
Ferculo
Musarum
ex Ho-
mers.*

Horat.

*Santana
Eglo. 3.*

carem? Quomodo caelestia corpora absque astrolabio perfecte
cognoscerem? Nemo erat quem sequerer, nemo quem ducem
inculcati itineris deligerem.

Ad imi-
rationem
Lucretij.

Ania Iuliadum peragro loca, nullius ante

Trita solo ———

Deuorans tamen quaecunque tædia amore patriæ, & com-
pendio vniuersi operis ideam complexus, instar Claudianæ il-
lius nauæ,

Qui dubijs ausus committere fiatibus alnum,

Quas natura negat, præbuit arte vias.

tranquillis vndis primum me credidi, ne, si in turbidum mare
insolens nauigandi delatus, ad fyrtes, & breuia, quod euitari nō
poterat, impegissem, frustra quassatæ nauis tabulas ad terram
subducere conarer. Quanquam nihil temerè, quod sciam, nihil
inconsideratè posuerim, sed omnium sententijs diligenter excus-
sis, si quid boni propinarunt, ad rem meam applicuerim; sin im-
pegerunt, candidè, & sine malitia admonuerim, tardus interim
ad fidem cuius præstandam, & Labconis Iureconsulti inemor,
quem ea ferunt libertate fuisse; vt ratum, pensumque nihil habe-
ret, nisi quod iustum. & sanctum in Romanis antiquitatibus ipse
legisset, memor etiam Aristorelis censentis, utile esse volentibus
doctrina abundare, aptè dubitare. Cæterum Authorum pecus-
liarem nomenclaturam non adieci, quoniam eosdem in margi-
ne, vel cōtextu vbique annotaui; & cum Godefrido Viterbiensi,
Talem ad defensionem mei voluminis constitui armaturam, vt
per singula pene libri capitula, singula sint Authorum nomi-
na in testimonium præsignata, quæ & Lectoribus auctoritatem
exhibeant, & me ipsum à detrahentium immanitate defendant,
Aliquorum tamen meminisse, tum è re tua, tum è mea duxi; tua,
ne in ignotis nominibus dubius, & circa veritatem vacillans hæ-
reres, mea, ne ingratus viderer, si eos per quos profeci silentio in-
uoluc.

ellius
s. 13.
p. 12.

Prefa.

uoluerem. itaq; præter authores typis excusos, qui pauci ac pa-
rum probi, ut dixi, in rebus nostratibus, hi M. S. nobis sub-
sidio fuere

Johannes Bocholetius Colon: Ordinis Norbertini Canon: ac pro
tempore nobilium Virginum Monasterij Heinsbæ Confessarius
in Epitome latina Gerhardi Cleinsorgij et Cathalogo Archiep:
Colon: Merseano multo accuratiore, communicante ipso authore.
Johannes Casarius procurator Juliæ in Genealogia latina Prin-
cipum Julie Clivia Montuum etc: magna diligentia contexta, ipso
quoq; authore communicante

Gerhardus ab Horreo in Historia Germanica Comitum ac Ducum Clivia
suppeditata ab Adamo Quirinario præfeto Sittardensi
Accesserunt litera Collegij ac Monasterij Heinsb. aliæq; manuscripta
quam plurima, quæ partim mea diligentia partim amicorum industria
corrasi. Vale quisquis es Historiarum amans
— æquaq; litera

Errores si qui fuerint delere memento, eog; benignius
quod ante publica iudicia, ut Lipsij verbis utar, subire nobis opus
quam priuata experiri, neq; enim ulla recitationes aut inter amicos
lectiones sunt, sapientissimo consilio usurpata antiquis. Tum
eorum, quos dixi, humanitatem imitatus (: quod unicum te pro labore meo
rogatum volo :) si qua ex authoribus mihi necdum lectis uel ex archi-
uis uel ex quibuscunq; monumentis erueris, ea communicare et ad
minimam partem difficiliorem de Comitibus pariter pertractandam

in apertum producere ne recusa. Senties profecto apud gratum
et officij memorem, te, quicquid eius rei erit, deposuisse et pa-
triam, nec Principum suorum gloria nec soli fertilitate nec
factorum amplitudine alijs regionibus concessisse, sed sola
praclarissimarum rerum ignorantia. Iterum vale et Faue.

FINIS

